

a2<sup>r</sup>

---

IO. OECOLAMPA  
DIVS CASPARI HEDIONI THE-  
OLOGO AC CONCIONATO  
RI MOGVNCIACEN.  
S. IN CHRISTO.

IOannnes Chrysoſtomus, minister in domo dei  
maximæ frugis, ut præ aliis ſpiritualia cōuiua ex  
affluētibus ſacrarum literarū diuitijs magnifice  
apparat, ita quod mirabilius eadem, ex relictis frag-  
mentis ſingulari artificio magnificentius instaurat.  
Id quod cum in multis eius fermonibus, tum in hoc  
quoqū quem tuæ charitati nuncupamus, uidere licet  
Hedio dilectissime. Inexcuffum reliquerat hūc Pau-  
li locum. Cum ſubiecta fuerint illi omnia, tūc et ipſe  
filius ſubijcietur ei, qui ſubiecit illi omnia. Eum po-  
itea nouo hoc fermone ita erudite ac luculenter ex-  
pendit, ut nōnihil cōmodi attulerit prior illa, ſi ita uo-  
canda eft negligentia. Nam interim cū Arrianis con-  
greditur, Euangelicā lectionem de mundato lepro-  
fo narrat, Triadis ac tridui myfterium explicat, & cæ-  
tera quæ leges. Equidem cum nuper in eum incide-  
rem, quem magna uoluptate lectum, animaduerterē  
in latinis noſtris codicibus nondū haberi, uifum mi-  
hi fuit me preciū operæ facturum, ſi in id negotij die

a ij

a2<sup>v</sup>

---

uno collocato eum interpretarer, tibiqu qui Chry=softomo plurimu oblectaris, oblectatur autem illo nemo non. pro ueteri nostra amicitia transmitterem ac dicarem, atqu per te, si pariter probares, studiosis etiam alijs cōmunicarem. Quandoquidē meretur & innocentior est. quā ut eo quifquam offendatur, nisi forte hoc aliquos torqueat, quod meo nomine prodit. Verum esto in alijs meis libellis sit, unde ὁ ἀγνώμονεσ σκανδαλ ἡωνται, hic sane nihil prorsus est periculi. Tu apud typographos tuos cura, ut inuul= getur. Mihi enim nūc utscis, non solum publicus cōspectus, sed etiam notior secessus parum consulitur, quo tamen mei infortunij, immo nihil minus quā in= fortunij exēplo tu īterim ne terreare, quo minus libe= re CHRISTVM annūties. Nec cede contēden= tibus, ut aliquid piæ libertatis fermoni decedat. Non enim hoc fuerit ὄκονομικώσ docere, ut si infirmorū ra= tio expoſcat, palpes potius quā feces. Quin ut facis, perge ingenio, eruditione tam linguarū qu uariarū disciplinarū, eloquētia, modeftia, authoritate, dicēdi libertate, gratia, cæterisqu talentis, quæ tibi cummula= tim & eminēter diuina largitas concredidit, ut pluri= bus sis uſui. Faxit deus ut propediem libere tuo ami= corumqu confpectui reddar, quibus me commēdes. & in primis Magno illi heroi noſtro ac patrono Ca= pitoni Fabricio. Vale. M. D. XXII.  
Menſe Februario.